

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Ioan. Andr. Danzii Medaqdēq Sive Compendivm Grammaticae Hebraeae Seivncto Chaldaismo Ad Arctiones Limites Redactvm

Danz, Johann Andreas

Francofvrti, MDCCXLVIII.

VD18 12109185

Capvt III. De Nomine.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17995

Majori in eadem voce superadditus, vocalem brevem a *Majori* productam, quæ sui respectu retineri poterat, rejicit ad literam sequentem, cum competeret priori.

(β) *Distinctivus* autem ad *Conjunctivum* accedens, sequentem literam, respectu *Conjunctivi* raphatam, dageffchat. Ut sic utrinque simul duo convenient opposita.

✱✱

C A P U T III.

DE

N O M I N E.

§. 28.

In Nomine considerari potest forma, figura, Genus, Numerus, ac Status.

§. 29.

Ratione *Formæ* Nomen est vel *Nudum*, constans ex *solis* literis *Radicalibus*: vel *Auctum* quod præter *Radicales*, aliquam habet, vel plures ex *litteris האמנתיו* a quibus dicitur *Nomen Heemanthicum*.

I. Utrumque sequitur naturam *Verbi* (suæ originis), tam *Qualitate* [verbi] servata (q) quam *Conjugationis*, unde descenderat. *charactere*. II.

(q) [sc. ablata ea radicali, a qua Imperfectum est denominatum.]

II. *Nudum* ex Kal, Piel ac Püal derivatum, ut plurimum *mutat vocales, easque solas.*

III. *Auctum* ex quacunque derivandum Conjugatione, præter punctorum variationem, *apponit in super radicalibus, ex memoratis Heemanticis, vel unam, ab initio nunc, nunc in fine vel plures, easque vel in fine simul, vel inter finem atque initium divisas.*

OBS. Cujuslibet derivationis veritas recte exploratur, per convenientiam *formationis, & significationis* cum sua Origine.

§. 30.

Figura Nomen est vel *Simplex* (r), descendens ab una radice; vel

2. *Compositum*, quod formatur a pluribus (s).

OBS. Si Nomina propria excipias, Composita erunt paucissima.

§. 31.

Genus est vel *Masculinum*, vel *Fæmininum*, vel *Commune*.

Quorum quodlibet dignoscitur vel ex *Significatione*, vel ex *Terminatione*.

I. *Significatione*.

1. *Masculina* sunt Nomina Propria Virorum Virilium officiorum, Fluviorum, Montium, Populorum, ac Mensium.

2. *Fæminina* sunt nomina propria Mulierum

(r) מַשְׁלוֹהַּ dominium, a מִשְׁלָה. (s) צֶלְמוֹם umbra mortis, lethalis: ex צֶלַל obumbrari, & מוֹתֵי mori.

rum, Muliebrum officiorum, Urbium, Regionum, ac Provinciarum.

3. *Communia* sunt nomina animalium, sub una Terminatione utrumque sexum notantia, itemque Numeralia a viginti ad centum.

II. Terminatione vero *Fœminina* sunt, quæ in ה quiescens in () (t) atque ה, *afformativa* desinunt: cætera Masculina.

Exc. I. Fœminina sunt

(α) *Perpetuo* sqq. אֶבֶן אֵזֶן אֲשׁוּר בָּאֵר בָּטָן בָּרֶךְ גֶּדֶר גֵּיט דָּרַת חָרֵב וְרֶךְ יִתֵּר כֶּד פּוֹס כֶּכֶר כֶּת כֶּתֶף לַחִי נִגְהָ נֶעֱלָ עִיר עֵישׁ עֵצִים עֵרֶשׁ פֶּת צִפּוֹן רְבוּא רְשָׁרֵז הַבֵּל וְכוּ

(β) *Fœminina frequentius* quidem sunt, Masculino tamen non penitus rejecto, sequentia: אֶרֶץ אֶצְבַּע אֵשׁ גִּפּוֹן דְּלִרַת זְרוּעַ יָד יַמִּין כֶּנֶף נֶפֶשׁ סֶלֶט עֵב עֵינַי פַּעַם צֶאֱן צִפּוֹר קָרוֹן רִגְלַי הַיַּמִּין שְׁנוֹהֵי : Sed

(γ) *Rarissime* Fœminina sunt בְּגָד מְטוּרָה חֲמוֹר עֶרֶב רֶחֶם שֶׁבֶט שׂוּהָ

2. *Communia* vero censentur sequentia: אֹרֶת אֶבֶן אֶרֶץ אֶתוֹן גֶּדֶר גֶּרֶן דֶּרֶךְ הַמִּזְוֵן זָקוֹן חֲלוֹן חֶצֶר לַחֵם לְשׁוֹן מַחְנֵה מִצַּח נַחְשֵׁרֶת סוּר עֵת קֶשֶׁת רוּחַ רְחוּב רִצְפָה שְׂאוֹל שְׂבָרָה שֶׁמֶשׁ שֵׁן הַהוֹם תְּעֵר :

§. 32.

Motio Nominis fit, quando

I. *Masculino* [ה prius, si quod adfuerit, abjecto,

(t) בְּהֵמָה *jumentum*. (u) מְלָכוֹת *imperium* &c.

jecto,] ad Fæmininum constituendum additur הַ — (x).

2. Masculino in י̄ exeunte, Fæmininum aut nude הַ adjicit (y); aut, הַ — apposito, י̄ dageschat (z).

3. Participia [excepto Paul] præter morem num I. traditum, formantur quoque in הַ... (a) Quam formationem habent & pauca alia. (b)

§. 33.

I. Numerus I. Pluralis fit

(α) e Masculinis, addendo ים. (c)

(β) e Fæmininis vero vel Communibus adjecto יהַ — (d).

2. Dualis, qui rarior, occurrit potissimum in substantivis, res natura vel arte geminas exprimentibus, formatur in ים — (e).

OBS. Quædam Masculina pluralem formant more Fæmininorum (f), & contra (g).

2. Alia

(x) E. G. טוב *bonus*, טובה *bona*; מלך *Rex* מלכה *Regina*: יפה *pulcher*, יפה *pulcra*. (y) שנייה *secunda*, ex שני *secundus*. (z) נכריה *peregrina*, ex נכרי. (a) מגדת *indicans* F. ex מגד. (b) v. g. עשרת *decem*, &c. [Pro הַ non raro ponitur תַ — v. g. שמעת *audiens* F. Gen. 27. 5. שלחרת *vid.* §. 26. m. IX.] (c) סוסים *equi*, ex סוס. it. צדיקים *justi*, ex צדיק &c. (d) ארצות *provinciae*, ex מדינה: ארץ *terre*, ex ארץ. (e) ידים *ex manus*. (f) אב *pater*, אבות *patres*. (g) נשים *mulieres*; sic מלה *verbum*, מלים.

2. Alia modo hanc amant terminationem, modo alteram (h).

3. Paucissima utriusque Generis terminationem simul possident.

4. Quaedam formam Dualis & Pluralis simul exhibent: ita ut terminatio Dualis demum post pluralem integre formatum apponatur; Pluralis vero postpositus, aliquod tantum Dualitatis relinquat vestigium.

5. Nonnulla Ebraica occurrent, more *Chaldaico*, formata in $\text{ִּי} _ _ _$ (i)

6. Alia, ad formam Status Constructi *Syrorum*, habent atiam in absoluto $\text{ִּי} _ _ _$ (k).

Insuper etiam in formatione horum Numerorum præter regulas cap. II. *not. sqq.*

II. ה *Servile* (l), atque ה quiescens quodcunque (m),

1. Ante terminationem Pluralem, abjicitur:

3. Ante Dualem vero ה $_ _ _$ mutatur in $\text{ִּי} _ _ _$ (n).

OBS. 1. ה illud atque ה retinent,

(α) *Monosyllabica* in ה & ה $_ _ _$.

(β) שֵׁשֶׁת, דָּלָת, atque אֶשְׁפֹּת [modo ה hic *servile*], & אַמָּה ancilla.

2. Alia

(h) עב *densitas*, pl. עבִים & עבֹת *nubes*. (i) e. g. מַלְכֵיִן *reges*, &c. (k) חַלּוֹנֵי *fenestra*, שְׂרֵי *principes*, &c. (l) כְּתֹרֶת *coronae*, ex כְּתָרֶת. (m) בְּרֻכּוֹת *ex בְּרָכָה benedictio*: מַעֲשִׂים *opera*, ex מַעֲשֵׂה *opus*. (n) Ex אַמָּה *cubitus*, est אַמְתֵּיִם *duo cubiti*.

2. Alia mutant ה in Plurali absoluto in ו, scil. קשה, קצה, וקצה: quod tamen ו illud etiam in plurali constructo retinet.

3. מנה præter regularem formationem, mutat etiam ה in נ, vel י: Quod quadantenus imitatur פה, formans pluralem פים, פיות, פיור, ac פיפיות.

4. Polysyllabica in וּת, וּת atque וּת

(α) Ebraice vocali præcedente una cum ת per-eunte, ante Terminationem pluralem assumunt י Dageschatum, præcedente ibi (.), hic ().

III. י *Ultimum.* Terminatione plurali accedente.

1. Nonnunquam assumit Dagesch forte (o).

2. Interdum perit (p).

IV. *Fœminina* in הַ, que præter hanc terminationem, omnes ac solas tres literas radicales expressas habent, primam notatam cum (-)(q), (.) (r), vel (·) (s), secundam vero cum Scheva; in Plurali absoluto, sub secunda requirunt (), prima Schevata.

Obs. I. Hanc formationem imitantur תרבה (t), & ערלה (u). Sed

2. לשון פשתים est ex singulari פשתה, formæ לבנה, נדנה, אשה &c.

V.

(o) אניות, naues ex אני. (p) צים & צים ex צי *navis*. (q) Ex שלמה *vestis*, sic שלמות. (r) גבעה *facit* גבעות *colles*. (s) הרפה pl. הרפות *probra*. (t) Unde הרבות *devastationes*. (u) Unde ערלות *præputia*.

V. Irregulariter Pluralem formare censentur sequentia :

1. אחיות & אחות-אחות
2. גאיות & גאות גיא quorum
3. הטאים Pluralis חטא
4. פחות & פחות-פחה
5. ערים-עיר Vid. §. 22. IV. Obf. 3.
6. לבאות & לבאים-לביא
7. אנשים & אישים-איש
8. נשים-אשה
9. בורות-בירה
10. רבאות & רבות-רבוא
- 11 שוקים-שוק

VI. Non pauca *occurrunt* alterutro *Nu-mero defectiva*. Sic

1. *Singularia* tantum sunt, inprimis *Propria*, *Liquidorum*, *Metallorum*, ac *Collectiva* pleraque.

2. *Dualia* tantum sunt, præter ea, in quibus ratio *Dualitatis* manifesta non est, nonnulla alia.

3. *Pluralia* tantum sunt ætatum *Nomina*, paucaque alia.

§. 34.

Status *Nominum* vel *Absolutus* dici potest, vel *Constructus*, vel *Emphaticus*. In *Statu Constructo* vel *Regimine* poni *Nomen* dicitur, quod ita cum alio *construitur*, ut hoc ab illo *Rectum*, latine in *Genitivo* efferatur.

Id ut cognoscatur, mutatur plerumque forma *Absoluti*. Nam præter ea, quæ §. 21. Obf. I. not.

not. item §. 39. II. Obs. 2. & 3. traduntur, ob
Statum Constructum mutatur insuper.

I. In Penultima, I, (,) purum quodcun-
 que (x), item

2. (..) quod est ante (,) (y), vel termina-
 tionem pluralem (z), in (:) *corripitur.*

Obs. I. (,) *manet*

(α) extra צבא (a), ante tertiam radicalem א (b).

(β) Sub Dagesch compensativo vocis מטעים;
 atque in מורשים, העלה, תשובים. Sed contra

(γ) In (:) *corripitur* sub secunda etiam cum Da-
 gesch Characteristico notanda vocum להבורה,
 רבאים, בלהור, אילור, צוארים

2. (..) ante quod Scheva quodcunque (etiam la-
 tens in litera dageschata) *precesserit.*

(α) In גדרה, זקנים, חצר, מצבה,
 נבלה, עמבים, פארים, ac semel in בארור,
 atque שמחים *corripitur in (:) ;*

(β) Alias *manet.*

(γ) Sic *manet* in נקר; at in תשע *corripitur*
in (:) .

3. Etiam (..) vocis שבע in (:) *corripitur.* At
 (α) (-) ante י transit in (..), in quo fe-
 quens י quiescat.

II. In ultima I. (,) Ebræorum quodcun-
 D que

(x) כבוד gloria, ex כבוד. (y) לבב ex לבל
 cor. (z) עצי ligna, ex עצים, sic תלדות ex
 תלדות. (a) Hinc enim Ex. 12. 41. צבאות
 exercitus, ex צבאות. (b) מקראי convocationes
 ex מקראים.

que (c), *item* (..) ante quod (,) mutabile (d), aut *scheva* quiescens Nominum per מ auctorum (e), *præcesserit*, *corripiuntur in*(-).

OBS. I. Si נ sequatur, vel in Nominibus nudis *Scheva* primitivum *præcesserit*, tam (,) quam (..) manent.

2. אולם, מתן, & ים non constructum cum סוף, ac plerumque עב, (,) suum retinent. Sed (β) חבל, חלב & לבן mutans (,) ultimum in (..). Ita

3. אבל, חמש, יוון, ac עקב, (..) suum retinent. Sed

4. Nomina ירח, ירד, כחה, צלע, עול &c. pro vocalibus longis Status absoluti, in Constructo amant (·:).

5. In Vocibus די, גיא, vel גיא, ac in חי de creaturis in formula jurandi usurpato, vocalis brevis mutatur in (..).

2. (·:) ante ה mutatur in (..) (f). at

(β) (·:) sub ו Nominis orti ex quiescenti [אטו] secunda, in (:) corripitur (g).

3.

(c) Ex כוכב est כוכב *stella*: Sic צבאות שר *Princeps exercituum*, ex שר (d) זקן ביתו *senior domus sue*, ex זקן. (e) מזבח אבנים *altare lapidum*, ex מזבח. משבר בנים *vulva fœtum* ex משבר. (f) רעה צאן *pastor gregis*, ex רעה. (g) Et hinc amplius, coll. I. §. 24. I. Obs. 2. תוך הים *medium maris*.

3. ה (h), נ (i), atque ך (k) terminationes foeminae, mutantur in ת.

4. In Terminationibus ים (l), atque ים (m) Pluralis ac Dualis numeri, ultima litera abjicitur, & praecedens י quiescit in (..).

OBS. שנים, atque שתים, cum voce, Decem significante, constructa, ך plerumque retinent ut ut praecedens י nihilominus in (..) quiescat.

T A B V L A

VOCALIVM ET LITERARVM, OB STATVM CONSTRUCTVM MVTANDARVM.

I. In Penultima mutatur

1. (ֿ) purum quod vis in (:).
2. (..) purum, quod est ante (ֿ) vel terminationem pluralem, in (:):

II. In Ultima mutatur


1. ה, Generis Foem. nota in ת.
2. ים & ים in י־
3. (ֿ) quodvis, sive purum sive impurum in (-).

D 2

4.

(h) אִמְרַת יְהוָה *sermo Domini*, ex אִמְרָה.
 (i) עִבְדֵי מְדִינַת בָּבֶל *opus civitatis Babel*, ex עִבְדָּא & מְדִינָא (k) Ex אֶצְבָּעַן *digiti*, fit אֶצְבָּעַת רַגְלֵי *digiti pedum*. (l) שְׂרֵי פְרַעֲה *Principes Pharaonis*, ex שְׂרֵי. (m) שְׁנֵי ex שְׁנַיִם *duo*.

4. (..) quod postponitur τῶ (,) mutabili, aut (:) quiesc Nominum per □ auctorum, in (-).
5. (:) ante ה in (..).
6. (:) sub ו Nominis, ex Verbo actu quiescente orti, in (:).



CAP. IV.
DE
PRONOMINIBVS.

§. 35.

Pronomina sunt vel Separata, vel Inseparabilia sive Connexa. Illa iterum vel Integra, vel Defectiva. Hæc vel Præfixa, vel Suffixa.

§. 36.

Separata *integra* sunt

I. *Personalia* i. Casus Recti

PLVRAL.		SINGVL.	
F.	M.	F.	M.
	אֲנַחְנוּ } בְּחֻנּוּ } Nos.		אֲנִי } אֲנֹכִי } Ego. 1.
אֲנִי אַתָּה	אַתֶּם } Vos.	אַתָּה אַתָּה	אַתָּה } Tu. 2.
הֵן הֵנָּה	הֵם } הֵמָּה } Illi.	הוּא הוּא	הוּא } הוּא } Ille. 3.

2. Casus